Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



36

43

ignit gloriam in infirmitatibus meis: ut inhabitet in me virtus xpi. Gra. Sciant gentes quia nomen tibi deus tu solus altissimus super omnem terram. V. Deus mes pone illos ut rotam et sicut stipulam ante faciem venti. Tra. Commouisti omnem terram et conturbasti eam. Sana contriciones eius quia mota est. V. Et fugiant a facie arcus ut liberentur. Sequ. Cum turba plurima. Sm Lucam electi tui. Cum esset et de ciuitatibus properarent ad eum dixit per similitudinem. Exiit qui seminat seminare semen suum: et dum seminat: aliud cecidit secus viam. et conculcatum est: et volucres celi comederunt illud. Et aliud cecidit super petram: et natum arui quia non habebat humorem. Et aliud cecidit inter spinas. et simul — crescere spine suffocauerunt illud. Et aliud cecidit in terram bonam: et ortum fecit fructum centuplum. Hec dicens clamabat. Qui habet aures audiendi audiat. Interrogabant autem eum discipuli eius: que esset hec parabola. Quibus ipse dixit. Vobis datum est nosse mysterium regni dei: ceteris autem in parabolis: ut videntes non videant: et audientes non intelligant. Est autem hec parabola. Semen est verbum dei. Qui autem secus viam sunt: hi sunt qui verbum audiunt: deinde venit diabolus et tollit verbum de corde eorum: ne credentes salui fiant. Nam qui super petram: qui cum audierint cum gaudio suscipiunt verbum. Et hi radices non habent: quia ad tempus credunt: et in tempore tentationis recedunt. Quod autem in spinis cecidit: hi sunt qui audierunt. et a sollicitudinibus et diuitiis et voluptatibus vite euntes suffocantur. et non referunt fructum